

Heinrich Dringenberg

**Rector Universitatis Rostochiensis Hinricus Dringenberg/ Hebraeae Linguae, ut & Catech. Christ. Professor ... Reginae Danckwertz/ Virginum plane Reginae, Sponsaeq[ue] peracerbum Funus indicit, Etad eundum Exequias Cives suos Academicos ... invitat : [P.P. sub sigillo Rectoratus, die 21. Augusti, Anno 1668.]**

Rostochii: Kilius, [1668]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770471579>


Druck Freier  Zugang




Dringenberg, H.,  
in  
**Reg. Danckwertz.**

Rost. 1668.

14.







RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

HINRICUS Dringenberg/

Hebrææ Linguæ, ut & Catech. Christ. Profess.

Publ. Facultratis item Philosophicæ hodiè

DECANUS;

LECTISSIMÆ ELEGANTIS-  
SIMÆQUE

REGINÆ

Danctwerk/



NUM planè REGINÆ,

SPONSÆq;

peracerbum Funus indicit,

Et ad eundem Exequias CIVES

suos ACADEMICOS, STUDIOSAM præcipuè

JUVENTUTEM, sedulo seriòq;

invitat.

---

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr,



odierno in funere,  
si vel maximè *Virgineo*, ubi  
ferri omnia alia poterant,  
equemur tamen vulgarem  
commentandi methodum,  
allaturi nonnulla de MOR-  
TE, deq; insigni, quod spe-  
rare indè habeamus, benefi-  
cio; quando nulla obrepe-  
renobis frequentior, his præcipuè temporibus, medi-  
tatio debet, quàm hæc ipsa. Sanè *melio- rem homini di-  
em esse mortis, eo, quo noscatur, die*, sapientissimi morta-  
lium effatum est. Dies mortis verorum Christiano-  
rum verè natalis est dies. Enumverò isthoc, quo lu-  
cem hanc conspicimur, die, simul morti consecramur;  
ceterum illo, quo vivere desinimus, veræ vitæ, quam  
& ADAMI, & nostræ culpâ amiseramus, felicitate re-  
stituimur. Quid enim vel ipsos mille putes annos?  
quid? nisi merâ mortis ac rædiosam continuationem.  
*Quis novit, inquit apud Laertium Euripides, an vivere  
hoc sit emori, an emori hoc, quod vocamus, vivere?* Maxi-  
mus Hipponensum Doctor AUGUSTINUS, non in-  
modum absimilem, *nescire sese, ait, mortalem dicat hanc  
vitam,*

vitam, an mortem vitalem. Nazianzeni Gregorii eximii  
 est ac memorabilis sententia: Res humanae laevantur ac in-  
 tercunt, & aliam atq; aliã subinde capiunt mutationem. Vi-  
 ta quidem & mors tamen si plurimum differre inter se vide-  
 antur, inter se tamen mutue transmeant, vicissimq; succed-  
 dunt. Mors verò, qua non modò nos à presentibus malis  
 vindicat, sed ad supernam quoq; vitam sæpè traducit, hanc  
 scio an proprie appellari mors queat, utpotè nomine magis,  
 quàm re formidabilis. Atque absurde sanè & præposterè  
 affecti esse videmur, qui ea, qua formidolosan non sunt, exti-  
 mescamus; ea autem, qua metuenda sunt omninò, ut me-  
 liora magisq; expetenda complectamur. *Μία ζωὴ πῶς τὴν  
 ζωὴν βλεπῶν; εἰς θάνατον ἢ ἀμωπία, ψυχῆς καὶ ὀλεθρῶν.*  
 Quanta est inter fœtum uterq; clausum, interq; con-  
 summata corroborataq; ætatis & virtutis virū, diffe-  
 rentia, tanta, & multis quidem partibus major est in-  
 ter corp⁹ hoc φθαρτὸν, quod hic circū serimus, & ἀφθαρ-  
 τὸν alterum, quo extremus nos beaturus est dies. Nul-  
 la sanè similitudo est tenebrarum uteri materni, & lu-  
 cis solaris: neq; ullam lucis hujus vitæ, & claritudi-  
 nis ejus, quam in facie conspicerè divinã est, dederit  
 temerè analogiam. Qualis est proportio angustia-  
 rum uteri materni, ad totius orbis amplitudinem; ta-  
 lis hujus est vitæ proportio, ad id, quod BEATORUM  
 appellitare sœvimus, cœlum. Fœtus cum excludi-  
 tur, simul omne id exiit, cui inclusus in utero impli-  
 citusq; fuerat: Sic homo dum moritur, ruptis omni-  
 bus vitæ hujusce involucris, effractoq; servitutis car-  
 cere, in veram demum solidamq; libertatemq; asseri-  
 tur. Infans in hanc lucem editus, si quidem rationis  
 instrueretur, aut præditus foret usu, ducturus utique  
 non à fletu, sed potius à risu gaudioq; exordium esset,



edò quod ex squalidissimis tenebris in amantissimam edu-  
ceretur lucem. Ad parilem modum homo verè Chri-  
stianus, ubi vitam cum beatâ commutat morte, non  
lacrimis aut mœrore mergitur, sed gaudio magis exsi-  
lit, quòd ex vitali morte in veram semperq; duratu-  
ram vitam transferatur. Mare certè est vita est hæc no-  
stra: Mors est portus. Mare nunc riderere quidem  
& blandiri, mox scævire & furere; nunc cœlo minari,  
& meros moliri mœntes atq; abyssos; mox ad quietem  
& planiciem sese recipere videas; semper tamen ama-  
rum, semper falsum, innumera producens semper  
monstra, deniq; sæpè inexpectatis nec provisus flucti-  
bus navitas obruens; uti verè olim, *longè præstare, ter-  
rà pauperem esse, quàm divitem mori*, Menander cen-  
suerit. Jam quòtusquisq; vivit, quem vitæ pariter  
hujus inconstantia lateat? qui non tubindè in se, vel  
in aliis miram ejus amaritudinem, eventus improvi-  
sos, monstra infinita, mala inexhausta experiatur? Sci-  
licet *non mare tot guttas, quot mala mundus habet*. O  
fallaces hominum spes (exclamatum olim disertissi-  
mo est Romanorum CICERONI) fragilesq; fortunas,  
& inanes nostras contemtionem, quæ in medio spacio sæ-  
pè franguntur, & antè ipso in portu obruuntur, quàm  
conspicari portum potuerint! Sanè quantò est opta-  
tius, in portum tutû & tranquillum invehi, quàm sæ-  
vis usq; usq; tempestatibus jactari, tantò est optatius  
mortem obire suam, quæ dolorum laborumq; atq; pe-  
riculorum omnium finis est, quàm vitæ hujus perpe-  
tuis fluctibus miserè defatigari. Quantò beatius est  
altissimâ jucundissimâq; pace frui, quàm æternis iis-  
demq; ærumnossimissimis bellis inquietari, tantò est bea-  
tius mori, quàm vivere. Enim verò in vitâ bella infi-  
nita:

nita; in morte pax, & nunquam defutura felicitas. Hæc  
ita *Virgineo funeri* præfari hodiè vulgariter adlubuit;  
aliâ, si qua se parilis obtulerit (RARUM namq; est VIR-  
GINEM MORI) occasione DE INCOMPARABILI  
ILLIBATÆ VIRGINITATIS BONO differtaturis, &  
jam nunc porrò, quæ recenferi afferriq; hujuscemodi  
commentationibus svererunt, compendio executu-  
ris. Nata est NOSTRA, ceu verè VIRGINUM RE-  
GINA, Anno seculi hujusce 45. die 13. Octobr. patre,  
Hans Danckwerz / honoratissimo apud nos Cive,  
& Ædis S. GEORGI præfecto; matreq; ILSABE Vos-  
sen / Feminarum ornatissimâ. Avus ipsi paternus fu-  
it Hans Danckwerz / Civis eximius; Avia paterna,  
ANNA Witten / non minutum sexus sui decus. Avum  
maternum habuit Jochim Vossen / itidem Civem  
præstantem; Aviam verò Maternam, Feminam præ-  
claram, MARGARITAM Lindenberges. Ex his pa-  
rentibus cum prodisset, vix eâ carere morum sanctita-  
te potuit, virtutumq; excellentiâ, quæ in ipsis proba-  
ta ante fuerat. Enimverò poma stirpis non minùs suæ  
referunt atq; originis indolem: In juvenis pariter  
ac equis notatur plerumq; parentum virtus. Fieri  
quidem profectò etiam non rarò videas, uti id fallat.  
Sed enim verò in REGINA nostrâ minimè sefellit, sed  
longè fuit verissimum. Nam pietatis studio nil sole-  
bat habere antiquius; nec ullâ re magis aliâ delectari,  
quàm sacris *αρχαῖμασι*. Pudoris autem atque inte-  
gritatis ita habebat rationem, uti nulla puellarum ipsâ  
ibi superior videretur. Removebantur omnia irrita-  
menta, quibus ceteroquin in exitiales se opulos cere-  
am ætatem identidem abripere laborant URBANÆ  
SIRENES. Non, uti virginū quarundam mos est, labra  
genasq;

genasq; fucatis illinere mentirisvè coloribus; non pestilentes & ad inficiendum natos AMADISI lectitare libellos; non per plateas circumvagari, aut in publicum frequentius procurrere; sed domi residere, ac umbræ radiūq; solerti versare manu, atq; ita & fructuosā illā rei familiaris scientiā animum mirificè imbuere. Quibus rebus factum est, uti adultior, aptaq; nuptiis, & jam viri potens, conditionem faciliè, eamq; sic satis præclaram, inveniret. Nam quamvis oris venustas quoq; & formæ excellentia, quā mirificè polluit, multum illiciant invitentq; pulchritudo tamen animi virtutisq; majestas magis percellit pectus ac commovet, suiq; amore flagrare facit. Itaq; non usq; adeo pridem desponsata solenniter est VIRO Experientissimo DN. FRIDERICO HELWIGIO, Med. D. Clarissimo. Et in istis dolor! sponsalibus res omnis substitit, nec processum est ulterius. Sic intervenere, quæ utriusquè propositum morarentur, & planè sufflaminarent. Discesserat ad ANGLOS BELGASq; Sponsus, arti suæ amplificandæ complendæq; ; vel visundis etiam istarum Gentium moribus: Reversurus tamen haud ita post multò, matrimoniumq; consummaturus. SPONSA, isthoc absente, haud segniter pararat, quæ eidem servitura fini viderentur. Sed cælorum alia fuit sententia, & sine dubio, dispositio longè elegantior. Quicquid etiam videatur iis, ad quos id conjugalis negotii attinebat. REGINAM quidem certè sorti suæ acquivisse, vel ipso, si sortassean opus sit, firmare sacramento sustineamus. Ipsa morbo ante hos 14. dies appetitur, lecto figitur, maximam deniq; ac periculosissimam valetudinem quæstā. Itum statim est contra, nihilq; ab Experientiss. & Excellentiss. DN. JOANNE BACMEI.

MEISTERO, Med. D. ac Professi. celeberrimo, Collega & Amico nostro honoratissimo, intermissum eorum, quæ restituendæ *Clinicæ* crederentur factura. Ceterum nullâ ope humanâ expugnari malum potuit, ut quod incredibiles cotidie vires sumeret, foretq; omni medentium industriâ validius. Igitur cum actum de se se jam esse REGINA intelligeret, confugit ad eum, qui minimè frustraretur, aut spe inanem abire permetteret. Quem tantâ profectò animi fiducia Adjutorem invocavit, uti mirari non abs re habeas, in ipsis jam quasi mortis faucibus constitutæ, tam infractum mentis robur, tantamq; *παρηγορητικὴν* adfuisse. Exspiravit etiam tandem isthac spe atq; fiduciâ, nupta vero Sponso suo, Conservatori JESU CHRISTO, atque præ hisce amoribus, quæ quid apud nos nuptiarum thalami quæ foret, nimio perè aspernata. Tu casum feres, DN. SPONSE (lubebit n. jam te nunc sub finem verbo compellare) ac pro solamine ipsum habebis DEUM. Neq; enim inter mortales temerè fuerit, qui tibi vel medeatur, vel isthoc in te refocillandi fungatur officio. Adeò grandè tibi inflicto vulnus est, uti cicatricem obducere nemo, nisi ille, possit, qui inflixit. Hòc q; casum feres, sine dubio, acerbius, quòd ne quidè ad stare decumbenti TUÆ licuerit, aut moribundæ *ultimum* dicere *vale* fuerit integrum. Sed quicquid sit, Tu, uti diximus, omnia feres, planèq; existimabis, bellè TUAM & ab omni parte feliciter habere. functam tot laboribus atq; molestiis, quibus nos cotidie, tanquam munimento quodam, circumvallamur. Nos, quæ nostrarum partium fuerint, minimè negligemus, frequentesq; (si fors vel ea etiam res conferre quicquam ad leniendum dolorem tuum possit) in-

RE-


REGINÆ tuæ funere comparebimus. Ut itaq; CIVES  
ACADEMICI, pro exequendâ istâ fini justo hodiè nu-  
mero sistamini, etiam atq; etiam hortamur. Vos præ-  
cipuè, STUDIOSI JUVENES, renovate morem pristi-  
num, deducite, sed debitâ modestiâ reverentiâq; fun-  
ctorum funera; ad minimum VIRGINI ( videtis,  
quàm amæna sit & grata vobis obtestatio ) deesse no-  
lite. Est enim pietatis id atq; benivolentiæ genus ita  
comparatum, uti ordinem cumprimis vestrum de-  
ceat, cujus præcipuam laudem humanitatis  
esse studium certissimum est.

Valete. P.P. sub sigillo Rectoratus,  
die 21. Augusti, Anno 1668.

Convenietur in Æde divæ MARIE sacrâ  
Horâ 1. pomerid.














nira; in morte pax, & nunquam desit  
ita *Virgineo funeri* praefari hodie vulg  
alia, si qua se parilis obtulerit (RARUN  
GINEM MORI) occasione DE INC  
ILLIBATÆ VIRGINITATIS BONO  
jam nunc porro, quæ recenseri afferri  
commentationibus svererunt, comp  
ris. Nata est NOSTRA, ceu verè VI  
GINA, Anno seculi hujusce 45. die 3  
Hans Danckwerg / honoratissimo a  
& Aedis S. GEORGI praefecto; matreq;  
sen / Feminarum ornatissimâ. Avus  
it Hans Danckwerg / Civis eximius;  
ANNA Witten / non minutum sexus si  
maternum habuit Jochim Wossen /  
praestantem; Aviam verò Maternam,  
claram, MARGARITAM Lindenber  
rentibus cum prodisset, vix eâ carere n  
te potuit, virtutumq; excellentiâ, qua  
ta ante fuerat. Enimverò poma stirpis  
referunt atq; originis indolem: In j  
ac equis notatur plerumq; parentum  
quidem profectò etiam non rarò videa  
Sed enim verò in REGINA nostrâ mini  
longè fuit verissimum. Nam pietatis  
bat habere antiquius; nec ullâ re mag  
quàm sacris ἀρεταῖς. Pudoris aut  
gritatis ita habebat rationem, uti nulla  
ibi superior videretur. Removebant  
menta, quibus ceteroquin in exitiales  
am ætatem identidem abripere labora  
SIRENES. Non, uti virginū quarunda



Hæc  
uit;  
VIR-  
ILLI  
is, &  
modi  
tu-  
RE-  
tre  
ve,  
Dof-  
fu-  
na,  
um  
em  
præ-  
pa-  
tica-  
oba-  
sua  
iter  
fieri  
llat.  
sed  
ole-  
tari,  
nte-  
ipia  
ita-  
ere-  
NÆ  
abra  
asq;